



1080045715


SYLVEIRA

OLYSSIPONENSIS

CARMELITÆ

OPUSCULA VARIA

EDITIO QUARTA



LUGDUNI

CUM PRIVILEGIO REGIS



SUPREMÆ REGINÆ
CARMELI, DEI GENITRICI,
VIRGINI MARIÆ.

DICO EGO OPERA MEA.



ARIA sunt nomina, ut observat D. Methodius, Lib. 1. de
 quibus ab hominibus appellaris, ô Sanctissima ^{Virg.}
 Virgo, ut tuæ attributales clementiæ erga nos
 denotentur; hinc acclamaris Virgo Pietatis, Mi-
 sericordiæ, Auxilii, Mercedis, ac Redemptio-
 nis, & similium; at quod Regina Carmeli dicaris, tibi nomen à
 tuo Divino Sponso Spiritu sancto inditum est; *Datus est ei* ^{Isai. 35. n. 2.}
decor Carmeli. Et iterum in Canticis Canticorum, *Caput tuum* ^{Cantic. 7.}
ut Carmelus; nam ut ait Theodoretus ibi, *Sicut Carmelus* ^{n. 5.}
suo capite eminet super ceteros Judææ montes, sic Sanctis- ^{Theodor.}
sima Virgo capite omnium virtutum extollitur, ac sublima-
tur, super ceteras omnes puras creaturas; Nam inter eas,
 ut ait Andreas Cretensis; *Ipsa est supremum Dei opificium,* ^{Homi. 2. de}
ac miraculum ejus maximum. Vel ut iterum dicam, *Caput* ^{Assumpt.}
tuum ut Carmelus, ut explanat D. Gregorius Nyssenus: *In*
Carmelo quippe Elias orans obtinuit pluviam; & nos in Car-
melo orantes pluviam impetramus. Cùm nos Virgo Sanctissi-
 ma, per te, veluti per verum Carmelum oramus, statim
 gratiarum rore à filio tuo Jesu perfundimur, pia enim ejus
 voluntas veluti per manus tuas dispensatur: de te cantat divi-
 nus Spiritus. *Qui me invenerit, inveniet vitam, & hauriet* ^{Prov. 3.}
salutem à Domino. Vatablus legit, *hauriet voluntatem à Do-* ^{n. 3.}
mino. Tu ergo Sacratissima Deipara, supremum Dei opus, ^{Vatabl.}
 tua solita benignitate, irriga, fœcunda hæc nostra parva, &
 exigua Opuscula, ut si ex nostro sunt vacua & infœcunda, ex
 tua cœlesti aura repleantur, & abundant, ut proficiant ad
 Sylveira Opuscula. à 3 obsequium

obsequium filii tui ; cum qualicumque hæc Opuscula sint ,
te ut finem respiciant.

Serm. 3. su-
per Salve.
In primo sermo est de Sacra Scriptura , quæ ad te maximè
spectat, ut ait D. Bernard, dicens : *Breviter concludam : De
hac, scilicet de te Deipara, & ob hanc, & propter hanc tota
Scriptura facta est.*


Lib. 2. de
Virg.
In secundo differitur de his quæ pertinent ad mores, quo-
rum tu doctrix, & illuminatrix es, ut ait D. Ambrosius : *In
te tanquam in exemplari magisteria expressa est probitatis.*

Tertium magni Parentis Eliæ prærogativas edisserit, qua-
rum hæc maxima jure censetur. Quod te, splendidissimum or-
bi fidus, nascituram, & spiritu prævidit & ore prænuñtiavit.

De laud.
Maria.
Quartum denique singulari titulo totum est tuum, ut quod
aliud nihil, quam te immaculatam, & ab originali labe prorsus
immunem esse, ex Prophetarum, Apostolorum, & Patrum,
ipsius denique universalis Ecclesiæ consensu declarat. Conclu-
dam cum verbis Doctissimi Idiotæ. *Ad te confugimus suprema
Regina, ut tua celsitudine, meam tenuitatem valeas obum-
brare : tua sapientia meam ruditatem expolire, tua potentia
meos defectus protegere, ac defendere.*



Censura



Censura R. P. Fr. Gregorii à Jesu in Sacra Theologia Doctoris
Conimbricensis, ac Magistri jubilati, olim Carmeli
Olyssiponensis Prioris, nunc Dissinitoris primi.

POLIGENA suis in Evangelia, & Apocalypsim Commentariis Sylveira noster
meritissimam sequitur fortunam, ut plus fortunet orbem optatis jamdiu Opus-
culis suis. *Opuscula varia*, inscribitur liber, ut varietate delictet, quin diminuti-
vum tituli devenustet opus, cum nil scribat Sylveira, quod non sit magnum,
& usque in minimo sit Scriptor maximus, propterea tria continet Opuscula,
& in his omnia : nam juxta Aristotelem l. 1. de calo, cap. 1. Tria sunt omnia, & ut aiunt
Pythagorei, ipsum omne, & omnia tribus sunt determinata : [Galli etiam per tres superla-
tivum significant, & maximum in suo genere, ut tres-bon, id est, optimus, tres-sage, id est, sa-
pientissimus, tres-riche, id est, ditissimus ;] Cum ergo volumen hoc tribus componatur Opus-
culis, Trinitate hac splendet Sylveira semper idem Scriptor Optimus, Ditissimus, ac Sapien-
tissimus. Certè tempore hoc si Pastor Damoceras existeret, non diceret, Menalce, ut quod
difficile sciendi illud Virgilii Ecloga 5.

Dic quibus in terris (& eris mihi magnus Apollo)

Tres, pateat cæli spatium, non amplius, ulnas ?

Nam ad explorandum tale miraculum, in hoc Volumine non amplius quam tria patent nobis
spatia cæli, quin opus sit nobis artis Apollinæ, plus enim quam Apollo est nobis Sylveira.

In primo agit de Sacra Scriptura, de qua agit, & scribit ita sacrè, ac celeberrimè, ut de
illo moduletur alter.

Per celebrem faciet plus te Scriptura per orbem,

Nam Scriptor Sacra pius celebrandus erit.

In secundo mores componit suis Resolutionibus ita cælestè, ut legens illum ad morum
compositionem raptus sit usque ad tertium cælum resolutionum : & si tertium cælum est
sedes Beatorum, Sylveira ita facit, & scribit, ut potiori jure de illo possit decantari illud I.
Ouvèni. l. 2. Epiq. 23.

Qui scribenda facit, scribitve legenda, beatus

Ille ; beator es tu, quod utrumque facis.

Digna legi scribis, facis & dignissima scribi :

Scripta probant doctum te tua : facta probum.

In tertio sunt Magnalia Parentis Nostri Eliæ, quæ si apprimè callere cupias, Sylveira Noster
Scopum veritatis collimat, utque dixit Virgilius l. 1. Georgicorum, ille ut

Sol tibi signa dabit, Solem quis dicere falsum,

Audeat ;

Et Solem nulla sagitta ferit.

Ut cecinit alius ingeniosus Vates. Et hæc est Opusculorum Trias olim ab Auctore promissa.
Accessit in Coronidem Opusculum quartum, Deiparæ Virginis Conceptionem Imma-
culatam elucidans, & quam maximè totum Volumen exornans.

Hoc meum judicium, ut prælo mandetur ad Gloriam Carmeli, & omnium commodum
hoc Volumen. In Carmelo Olyssiponensis 29. Augusti 1673.

FR. GREGORIUS A JESU.

Censura Mag. Fr. Thomæ à Conceptione.

IN publicum orbis Theatrum ad publicam Sacrarum Literarum Professorum utilitatem
prodit jam desideratus ille liber, jamdiu à R. admodum P. M. Fr. Joanne da Sylveira in suo
primo Tomo Commentariorum Sacra Scriptura promissus. Hunc ex Commissione Superio-
rum legi, perlegi, habet pro titulo (Opuscula varia) Tam grandis ingenii ubertas uno necesse
spatiari campo ; quadruplici Opusculo hunc absolvit Tomum : In primo Præludium ad S.
Scripturam proponit ; In secundo Consultationes Morales resolvit ; In tertio præclaras ma-
gni Parentis Eliæ præminentias elucidat ; In quarto demum, eruditè non minus quam pie
more suo, Deiparæ Virginis Conceptionem immaculatam asserit. Omnibus scripsit ut de ple-
nitudine ejus accipiant universi : & ut illi concinnè adapteretur Solis titulus, octo non con-
tinentis libris quos scripserat hunc novum in lucem profert, sed quis comprimet, aut conti-
neat Solis radios ; qualis ex istis præstantior liber si interrogetur ? Legat mundus, & judicet.
Nam mihi aut dubia de primatu victoria, aut in hoc levavit se supra se. In toto igitur hoc
Volumine relucet indefessa studii diligentia, aptissima, & compta styli facilitas, summæque
doctrinæ præstantia : utinam è prælo jam exierit, ne tantus honor Carmelo, utilitasque
Scripturæ & Theologiæ Professoribus differatur ; sed interim hoc unum dicam nostro Syl-
veira quod celeberrimi alterius Scriptoris effigie fuit decantatum.

Quis tua descripsit Pictor temerarius ora ?

Te, præter te unum, pingere nemo potest.

Hoc meum judicium pro Libro, & pro Authore. In Carmelo Olyssip. die 27. Augusti 1673.
Magister Fr. THOMAS A CONCEPTIONE.

Facultas R. P. Commissarii Generalis.

RATER Joseph de Lancastro in Sacra Theologia Magister, ac Commissarius Generalis Ordinis Beatæ Virginis de Monte Carmelo Regularis Observantiæ in his Portugallia, & Algarbiorum Regnis, &c. ex Commissione R. P. Fr. Matthiæ de Orlando nostri Ordinis Prioris generalis, facultatem quàm libenter concedimus R. admodum P. Doct. Fr. Joanni da Sylveira in Sacra Theologia Magistro Antesignano, ac hujus Lusitanicæ Provinciæ Definitori perpetuo, ut possit typis mandare librum, cui titulus est: *Opuscula varia*: non minori felicitate, ac ceteri Tomi à se elucubratum, uti Religionis nostræ Doctores, quorum judicio examinandum commisimus, illum prælo dignum existimantes retulere. Datum in hoc Carmelo Olyssiponenâ die 29. Augusti 1673.

FR. JOSEPHUS DE LANCASTRO Commiss. Generalis.

Summa Privilegii Regis Christianissimi.

Autum est autoritate Regis, ne quis in Regno suo, aliisque locis suæ ditioni subjectis intra viginti proximos annos Opera R. P. D. Fr. Joannis da Sylveira Olyssiponenâ Carmelitæ Regularis Observantiæ, &c. necnon *Opuscula varia* absque LAURENTII ANISSON Bibliopole Lugdunensis permisso, imprimat, aut dividat, à die publicationis cujusque Voluminis, qui secus fecerit, multa indicatâ damnabitur, prout fufius in Diplomate Regio continetur. Datum S. Germ. in Laya die 14. Septembris 1662.

De Mandato Regis.

Signatum, MABOUL.

Defuit prælum primæ editionis Opusculorum die 9. Decembris 1674.

SYNOPSIS OPUSCULORUM.

PRIMUM.

Preludium est ac instructio ad Sacram Scripturam. Agitur in eo, quid sit Sacra Scriptura, & quid ad ejus veram intelligentiam, ac explicationem requiratur, cum Catalogo illius librorum, qui extant, ac etiam illorum qui perierunt, ac non extant; ac etiam de Auctoribus ipsorum librorum, & versionum, ac de auctoritate lectionis nostræ vulgaræ, & an Deus aliquid immediatè per seipsum scripserit, necnon de excellentia legis gratiæ super veterem.

SECUNDUM.

Variis resolutionibus agit de custodia Sacræ Eucharistiæ, de approbatione Confessoriorum, ac etiam de beatificatione, ac canonizatione Sanctorum, ac de approbatione miraculorum, & distinctione illorum ab his, quæ non sunt vera miracula. Agitur etiam de altari ad celebrandum, de dispensationibus, de Tertiariis, de processionibus, de sepulturis, & his qui ab illis sunt privandi, ac de multis aliis ad varias materias spectantibus.

TERTIUM.

Agit de præclara magni Parentis Eliæ præminetia, de illius meritis, virtutibus, donis & prærogativis, à quo Carmelitæ habent hæreditariam successionem in statu religioso, cum tribus votis, cum duplici decreto supremi Senatus Sanctæ Inquisitionis, de hac re maxime cussa & examinata, & etiam de confirmatione Religionis.

QUARTUM.

Immaculatam purissimæ Mariæ Virginis Deiparæ Conceptionem edisserit. Ostenditur in eo quod fuerit concepta, absque ulla labe peccati originalis; ac per illud mysterium abundantissimè resplendescere omnia quæ ad fidei definitionem requiruntur.

SERIES



SERIES OPUSCULORUM RESOLUTIONUM, ac Quæstionum.

OPUSCULUM I.

Preludium ad S. Scripturam.

DE libris Canonicis, eorum sensibus Auctoribus ac versionibus; in quibus omnibus insigniter supereminet Evangelica doctrina. p. 1

RESOLUTIO I.

De libris Canonicis, seu Sacra Scriptura. ibid.

QUÆST. I. Quid sit Scriptura Sacra & quibus nominibus dicatur, ac significetur. ibid.

II. Qui libri sint Canonici. p. 3

Divisio Canonis librorum Sacrorum. p. 4

Canon antiquum veteris legis. ibid.

III. Utrum omnes libri Sacri, veteris testamenti perierint, & ab Esdra fuerint recuperati. p. 6

IV. An aliqui libri Sacri fuerint antiquitus qui perierint, & modo non extant. p. 8

V. Quare Deus voluit, seu permisit predictos libros perire. p. 10

VI. Utrum Spiritus sanctus Scriptori Canonico non solum sensum, sed etiam verba eorumque ordinem dictaverit. p. 11

VII. An ut aliqua Scriptura sit, & dicatur divina sufficiat, quod postquam illa est scripta humano spiritu Deus illam approbet. p. 13

VIII. De cognitione Prophetica varia dubia resolvuntur. p. 15

Variis modi quibus objecta Prophetia proponuntur. p. 16

In quo Prophetia differat & conveniat cum fide. ibid.

De cognitione Prophetica. p. 17

IX. Sacra Scriptura, valde difficilis, & clausa. p. 18

X. Quare divinus Spiritus disposuit Sacras Scripturas esse adeo abditas, & obscuras. p. 19

Sylveira Opuscula.

RESOLUTIO II.

De sensibus Sacræ Scripturæ.

QUÆST. I. AN sensus Sacræ Scripturæ adequate dividatur per quatuor litterales, allegoricum, moralem, & anagogicum, & an omnes intenti ab Spiritu sancto. p. 20

II. Explicatur sensus litteralis, & multa, quæ ad ipsum pertinent. p. 22

Diffinitio sensus litteralis. ibid.

Divisio sensus litteralis. ibid.

An sub eisdem verbis Sacra Scriptura multiplex sit sensus litteralis? p. 23

An verò aliquando sensus litteralis proprius simul cum litterali metaphorico sub eadem littera reperiatur. p. 24

An desint aliqui loci in Scriptura, in quo non sit sensus litteralis sed tantum spiritualis? ibid.

Ex qua ratione multiplex litteralis sensus provenit. p. 25

III. Quando idem locus videatur habere duos sensus contrarios, & incompatibiles, quomodo exponendus. p. 26

IV. De sensu mystico, spirituali, accommodativo, ac figuratis locutionibus. ibid.

V. De figuratis locutionibus, ac figuris imaginariis Prophetarum. p. 29

RESOLUTIO III.

De Auctoribus Canonicis S. Scripturæ.

QUÆST. I. AN Deus supremus Scripturæ Auctor, an etiam per se immediatè aliquid scripserit. p. 30

II. Scriptores Canonici locuti sunt Spiritu sancto inspirante, & agitur, an Christus Dominus, & B. Virgo aliquid scripserint. p. 32

III. De litterarum inventionem, ac usu scribendi. p. 34

IV. Moyses scripsit Pentateuchum. p. 35

V. Quisnam sit Scriptor libri Josue. p. 37

VI. Quis Scriptor libri Judicum. p. 38

VII. Scri